Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

[Psalterium beati Ieronimi secundum Hebraicam veritatem translatum] - Cod. Aug. perg. 107

[S.l.], [10. Jahrh.]

"Hieronymus ... salutate"

urn:nbn:de:bsz:31-58341

Visual Library

Lib mon augie maioris

psalterium beati Jeronimi secundum hebraicam ueritatem translatum

HIERONIMUS SOFFRONIO SUO SALUTEM

Scio quosdam putare psalterium In quinque libros esse
diuisū ubicumque apud lxx ta Interpr&es scriptum est
renoto tenoto id est fiat fiat finis librorū sit pro quo
In haebreo legitur amen amen. Nos autē hæbreorum
auctoritatē secuti & maxime apostolorū qui semper
In nouo testamento psalmorum librū nominant unum
uolumen adserimus. psalmos quoque omnes eorū testa
mur auctorū qui ponuntur In titulis dauid scilic&
& asaph & idithun filiorū chorae emam aegrahitae
moysi & salomonis & reliquorū quos ezthara uno
uolumine conprehendit. Si enim amen fideliter pro quo
aquila transtulit. hesicta nento In finem tantū librorū
ponitur & non Interdum aut In exordio aut In calce sermo
nis siue sententiae. Numquā & saluator In euangelio
loquer&ur amen amen dico uobis & pauli epistolae
In medio illud opere continerent moyses quoque
& hieremias & c&eri In hunc modum multos haberent
libros qui In mediis uoluminibus suis amen frequenter
Intersererent sed & numerus xxii. hæbraicorū librorum
& mysteriū eiusdē numeri conmotabitur. Nā & titulus ipsē
hæbraicus sephear thealim quod Interpra&atur uolu
men hymnorū apostolicæ auctoritati congruens

G. H. HOFBIBLIOTHEK KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

non plures libros sed unum uolumen ostendit. quia igitur
cum hebraeo nuper disputans quaedam pro dn̄o saluatore
de psalmis testimonia protulisti uolensque ille te eludere:
ct In hebraeo ut tu de lxx interpra&ibus obponebas studi
osissime postulasti ut post aquilam simmachū & the
odotionē nouam aeditionē latino sermone transferrē
aiebas enim te magis interp̄tum uari&ate turbari
& amore quo laberis uel translatione uel iudicio meo esse
contentū. Unde inpulsus a te cui & quae non possum
negare non possū rursum me obtrectatorū latratib;
tradidi malluique te uires potius meas quā uoluntatē
in amicitiam querere certe confidenter dicam
& multos huius operis testes citabo me nihil dumtaxat
scientē de hebraeica ueritate mutasse sicubi ergo aeditio mea
a ueteribus discrepauerit interroga quē lib& hebraeorū
& liquido peruidebis me ab aemulis frustra lacerari
qui malunt contēpnere uideri p̄clara quā discere
peruersissimi homines; Nā cū semp nouas exp&ant uolun
tates & gulae eorū uicina maria n̄ sufficiant cur in solo
studio scripturarū u&eri sapore contenti sint Nec hoc
dico quo praecessores meos mordeam aut quic

tinguę hominibuſ dederim ſed quod aliud ſit In eccleſiiſ
xp̄o credentium pſalmoſ legere aliud iudęiſ calumniantib;
ſingula uerba reſpondere quod opuſculū meū ſi in grecum
ut polliceriſ tranſtuleriſ. ANTIΦIONI BAIIII ſOCAſPO
ᵐᵐᵐ cin. id eſt & impertiae meę doctiſſimoſ uiroſ quoque
teſteſ facere dicam tibi illud orationū In ſiluam
ne ligna feraſ niſi quod hoc habebo ſolamen ſi in
labore comuni Intellegam mihi uel laudem uel
uituperationē tecum eſſe communem. Ualere
te cupio In dn̄o ihū & meminiſſe mei. xp̄i ſepeliuit
PSALMUS DD DE IOSEPH DICIT QUI CORPUS
1 Beatuſ uir qui non abiit In conſilio
Impiorum & in uia peccatorum non
ſtetit In cathedra diriſorum non ſedit.
Sed In lege dn̄i uoluntaſ eiuſ & in lege eiuſ
meditabitur die ac nocte Et erit tamquam
lignū tranſplantatum iuxta riuuloſ aqua
rum Quod fructū ſuum dabit In tempore ſuo
& foliū eiuſ non deflu& & omne quod fecerit
proſperabitur Non ſic Impii ſed tamquā puluiſ
quē proiecit uentuſ. Propterea non reſurgunt
Impii In iudicio neque peccatoreſ In congregatione
iuſtorū Quoniam nouit dn̄ſ uiam iuſtorum